

PRÆVIO MODERATORE ALTISSIMO! 33

DIATRIBA
PHILOSOPHICO-PRACTICA,
De
AYTAPKEIA
MORALI.

Qdam

Ex Suffragio Amplissimæ FACULTATIS PHILOSOPHICÆ,
In Regia Patriæ Academia Aboënsi, & Au-
ditorio Maximo,

PRÆSIDE,

PraClarissimo Amplissimoq; Domino,

M. JOH. BERNH. MUNSTER
Philosophiæ Pract. & Histor: Professore Ordin:
Reg. Al. h. a. Inspect. spectab. Consobrino meo æta-
tem suspicioendo.

In tempore studiorum meorum

Dextre Philosophantium Publico examini reverenter submisæ,
REGIUS alumna;

PETRUS M. MILTOPEUS,
*Ad diem s̄ DEO videbitur 15 Junii, Anno à Jubilæo
noſtro ſecundo 1695.*

Impr. apud Joh. LAURENTII WALLIUM, Reg. Univ. Typogr.

In Virum Juvenem.

Artibus qvibusvis optimis Egregie Excultum & Perpolitum,

DN. PETRUM MARTINI MILTOPÆUM, Ab
Parentis olim multò doctissimi, Filium neqva-
qvam degenerem, Consangvineum & Ami-
cum meum dilectissimum.

PETRUS MARTINI MILTOPÆUS Aboënsis,

Per Anagramma:

MILITAT. REBUS. MORES. PÆAN. PONIS. TUIS.

MILITAT omnis amans Studiorum, & habent
sua castra
Pierii montis Dominæ, qvæ REBUS agendis
intentæ magnis, dare sunt documenta ministris
aslivetæ, ingeniosa suis eqvidem ordine recto;
& MORES placidos animo instillare juventæ,
Hostibus, ut, victis (cum qveis contendere bello
est opus, ut sunt: segnities, inscitia turpis,
Simplicitas Asinina, malorum Lerna vocata)
in dulces possit modulos infletere vocem;
& PÆAN hilaris resonet; ceu Victor ovare
de Palmâ s̄vevit, celebrem & ductare triumphum.
Et cum desidiam exosus sis, Sangvine junete
Petre, mihi, fœdam, simul eximiumqve laborem
Artibus in doctis PONIS; qvod sufficienter
demonstrat præsens tuâ Disquisitio luci
nunc data; qvapropter merito tibi grator & opto
Vela Tuis ausis velit ut DEUS esse secunda !!!

Admodum properiter scripsi

SIMON TÆLÞO Aboëns:

Met: & Log: Prof: Ord:

P. P.



PRÆLUDIUM.

Diducovias Stagirite Istius ut summi
(a) Philosophorum, utqve Summum
Hominis Bonum denotantis affectionem,
heic cum nostræ inclinationis fuit hacce
Dissertatiuncula propalare, siccirco talem
dari (non Secus ac Moralista de èduca-
tiva statuentes) haud insimo consequen-
tia jure presupponimus, ne terrarum
Orbi eandem Insicias eundo propinemus:

Qvod verum tantam materiam delineare aggressi sumus circa
quam Ingenia eaque longo rerum usu exercitatissima Ingenia
exactè describendam fessa, fortasse sub judice relictam voluere,
nemo nobis vitio vertat, proprias quippe experiri licet vires,
quæ à tritis plerumque abhorrent argumentis, Libertatis enim
amans mens est humana & novarum rerum appetens, quæ ap-
petitui quantum ratione duvæque operari valet, non interdicit,
sed libero sidere duci nonnunquam annuens; Itaque

Inveniat qvod quisque velit, non omnibus unum est
qvod placet, hic spinas colligit, ille rosas (β)

Verum sicuti Jovi actionum suarum principium semper libando
debueret gentiles, Ita jam nostro conveniens erit officio institu-
tum committere nostrum, dicentes

Dirige jam Musas O JESU dirige nostras.

A

MO-

a Calov: secū proœm: Meth: Div: p. m. 163. β Petron: in satyr.

M O M E N T U M . P R I M U M ,


 More βραχυλογίας, non tamen affectatæ, nunc
 qyoniam tenemur; Ideo neglecto heterogeneo-
 rum vano cumulatu, ad institutum nostrum
 haud pertinente, fasciis fœtum publicæ luci
 dicandum ac suis ex ambiguitatibus solvendum, è re fo-
 re ducimus. Genuinum itaqve vocis ἀντηρκήιας ortum
 Jure meritoqve Grais ex Vocabulis collatum fatemur;
 Et quidem Pronomine ἐν Ipse, & ἀριθμo verbo sufficio,
 sicq; quasi sibi Ipsi sufficiens æstimandum. Nec nos spe
 nostra frustrari autemamus, qvin gratiam Literati orbis
 nos inire speramus; qvia hoc eodem Vocabulo usus est
 lumen illud Doctorum. Aristoteles qui libro I. (γ) Ita
 habet: Φάνεται δὲ καὶ ἐν της αὐτηρκεῖας τὸ αὐτὸν συμβαίνειν,
 quam ἀντηρκήιας vocem Vir græce latineqve Doctissimus
 Dyoniſius Lambinus, pluribus verbis declarandam esse
 testatur, cui nulla alia respondet vox Latina, est autem ἀντη-
 ρκήις (ut refert) qui suis bonis contentus satis copiose
 instructus est, qviqve nullas opes desiderat. Et αὐτηρκεῖα
 talis animi affectio qvæ nihil externi desiderat. Præter-
 ea cunctis in proposito erit Clarissimi illud Finckii (δ)
 In tutamen similis argumenti ductum ex Libavio, nihil
 referre si quis eruditè cum eruditis loqvatur, terminis
 græcis delectatus. Insuper nec inficiamur abundantia
 Sermonis græci, hocce Vocabulo singulari hic va-
 lere Emphasi, quo æqve ponderoso Latium caruit. Cœ-
 terum cum non alia hujus vocis ac Philautiæ ratio sit,
 ab autoritate & argumento similium, eandem in me-
 dium allatam pro firma censemus. Et si Græca sint

εμφα-

γ, de morib: ad Nicom: p. 33; δ Schediasmatum p. 146.

ευφυπιώτερο, licebit illa inserere, ceu Statuebat Ineffabilis
Cœlestis gaudii particeps Beatus Parens meus, Professi:
Miltopæus. (ε) Defectus itaq; & non ostentationis gratia
cujus nemo nos arguat, vocabulo αὐτηρέσεως utimur.

MOMENTUM SECUNDUM.

Sic ostensa breviter Etymologias ratione, quam imme-
diate Ipsa vocis αὐτηρέσεως excipit Homonymia, quam
intricatis laborat difficultatibus cuivis obviam erit.
Exclusam itaque hic 1. Theologicam volumus, αὐτηρ-
έσεων, quæ ad divinam pertinet Philosophiam (nec ean-
dem nostri esse propositi) Soli DEO abstractivè ac ab-
solute competentem, qui αὐτηρέσεων audit, cujus natu-
ra suis pollet opibus, nihil indiga nostri, quiq; Pytha-
goræ ζώναν αὐτηρέσεων τρόπον εὐδαιμονίαν æstimatur. Et
in Actis (γ) περιέδει μηνὶ dicitur. Item ad Rom:
(η) Η τις περιέδεκεν αὐτῷ καὶ αὐτωδοθέσται αὐτῷ. 2. Sub-
latam heic loci volumus Historicam; & turpem illam,
αὐτηρέσεως Speciem negligentiae solum deditam, quæ (θ)
Sardanapalo, Sibaritis, & aliis ejusdem farinæ, cordi e-
rat, quorum ille sibi sufficiens pensa inter virgines par-
tire; hi vero vulgato: Nemo nostrum frugi esto; confi-
debant, cum multis ipsorum Asseclis qui adhuc super-
stites habentur, parantes ruinæ suæ aditum, ignavia con-
tentī & fôrdibus imbuti, nequeunt dimittere fôrdes.

Hinc illorum vices eo minus condolendæ, quo iisdem
ut fortunæ suæ fabris & volentibus nulla fiat injuria,
quiq; ad tenorem Meritorum Suorum pœnas luunt quæ

A 2

Pro-

ε Quæst: Reht: c. 2. quæst. 7 p. 33. ξ cap. 17. η cap. 11. v. 35.

θ Justin: lib: 1. cap. 3.

Proverb: 6. habentur Capite. 3. Remotam adhuc cupimus illam Physicam *αντίρρειαν* quam Scaliger in Essentia ponit humana, quæ sine reali potestatum disjunctione est principium sibi ipsi *ἀντίρρεις*, quod nimis sit satis sibi ad producendas actiones suas. Intendentes 4. *αντίρρειαν* eam Ethicam quæ ex *συνηθείᾳ* solius est hominis virtutique & amictui praestando potens, quam & Philosophus laudabilem Judicat dicendo: (1) quæ ad cultum vitæ necessaria sunt & Sapiens & Justus & reliqui omnes indigent. Summa itaq; cura nitendum ne id laboris omittamus, quo sibi hanc prospicere fas sit, cum hodie haud immediate nostri curam gerat DEUS, Juxta tritum;

Non Tibi per Ventos affa Columba penit.

MOMENTUM TERTIUM.

Quemadmodum vocis hujus, cuius describenda solliciti fuimus, indolem, eruditis supra meminimus modestam, ita nunc hoc opus hic labor est, ejusdem referre Synonyma, quæ sine periphrasis opera in auxilium vocata, animo fluctuandum, num describendo eadem adeo palmam feramus, ut nos nostræ non pœnitentia exhibitæ operæ. Salutarur imprimis hæc nostra *αντίρρεια* Sufficiencia Romanis, quæ adeo sibi vires acquisivit ut illam exterminare non liceret, quam non pure latinam esse, cum in suis Lexicis eandem non inferant, dubitant fortassis Lexicographi Latini. Beato Meisnero (2). Per periphrasin nota est S. Boni essentialis, Alstedio (3) Frugalitas; item Stratemanno & cœteris, sed minus sobrietate. Vendelino (4) S. Boni pars. Sveci eam Forniælsæ & Hyllnæ appellant.

Teu-

(1) Arist: de mor: p. 436. (2) Dissert: de S. Bon: p. 87. (3) Encycloped: lib: 21. p. 1282. (4) Philosoph: Moral. p. 677.

Teutones die Vergnigung / Finnes suæ lingvæ genio
 Thymhs pronunciant, & qvidem ex allusione obstaculi
 aquaticarum molarum thymhs / qvod ideo adhibent ru-
 ricolæ, ne nimia circumgyratione frangantur Instrumen-
 ta mole super abundantí aquarum, vel exigitati cedant,
 sed saltē ut sufficiant canali. Qvæ jam in apricū pro-
 ducta si arriserint, bene opera navata, sin minus alio-
 rum magis fœnerans lucis, expectamus convenientius
 promptuarium.

MOMENTUM QVARTUM.

Prælibata sic Definitionum nominalium serie, operæ
 pretium est ~~avtq; sp̄ctatam~~ ~~avtq; apneam~~ sistere naturam,
 qvam eo feliciori eventu aggredimur qvo à provida
 rerum naturalium matre cautum, nullas actiones huma-
 nas suo frustrari fine; sed ut in quodam veluti supremo
 consistant oportet. Hinc penitus nobis ~~avtq; apneam~~ ri-
 mantibus prælucente Aristotelica face, eandem in albo Af-
 fectionum Summi Boni insertam videmus, cuinam &
 sententiæ eo lubentius fidem habemus, qvo firmius in
 arce veritatis collocatam & ut Enti, Uno, vero ac Bono
 Affectionem, eidem realiter competentem atque attribu-
 tam, ostendimus & dehinc diversimode definiendam fore.
 Verum cum hæc præ ceteris Virtutibus instar Centri
 sit, sufficietur credimus infra Mom. 6 traditam & qvo
 rerum aestimatori, qvi bene coepit habet. Non itaque
 superioribus illis significationibus mom. i. in medium al-
 lati, sed Insimæ, hæc Affection attribui debet, qva tamen
 præsupponimus neminem mortalium gaudere posse, ni-
 si qvem continuum virtutis exercitium fecit felicem, In-
 telligendo felicitatem civilem inchoativę, qvam una cum

Meisnero homini in hac vita (v) non consummatim concedimus. Et sicut in Limine practices disciplinæ Logicæ, Informamur crebram exercitationem, dispositio-
nem, hanc vero parere habitum, qui ubi radicatur ^{et meo}
^{diximus ror auctoritatem} cum excellentissimis Philosophis ex-
clamitemus. Non tamen oblii simus virtutes has mo-
rales haud secus se respectu subjectorum habere ac ha-
bitus, qvare Informationis memores Beati Doct: JAC:
FLACHSENII. (ξ) qui ejusmodi habitus sujective, sicut me-
moriā in cerebro corporibus inesse inficiatur, dicendo:
*Sciendum tñ: nullum habitum esse in corpore tanquam in suo Sub-
jecto, sed circa corpus tantum Versatur & per illud exercetur, modo
planè eodem nos & nostram hanc auctoritatem non inesse, sed
adesse contestamur.* Verum cum adeo inconstantis vesti-
gii humanum desiderium sit, ut in Infinitum se extendat in
ipsa popina sitiat, ac inter diversas dapes rerum mundarum
volucris obductas esuriat, nisi exclusis & relegatis voci-
bus, Propter aliud vellet Magister Supremus nobis pro-
pter se expetendum substituere S. Bon: Idque non inven-
to qvodam humano, sed dono divino & insigni cum
gratiarum actione dignum aestimandum. Itaque adeo
constantī fulcro non diffitemur stare operationes mora-
les & ita erectas ut ulteriori fine non egeant; Sed suarum
in ipsarum gratiam appetantur, qvod cultu probatum i-
mus DEI, qui actus non solum Objecti nobilitate, verum
actionis innatae bonitate qvibusvis moralium Effectuum
cumulis, victoriam obtinet: Qvod etiam Psaltes restau-
tum facit dicendo: *Confidentes JEHOVÆ similes sunt Monti
Sionis, qui non dimovetur, sed in seculum permanet (o)* Nunc
Posito ^{auctoritate} perfectionis charactere salutari & nota,

(π) Si-

v Differt: de S. B. p. 167. ξ Colleg: Log: p. 191. o Psal. 125: 1.

(n) Sibi que ipsi sufficientem fore, exinde tamen non se-
qvitur illam respuere bona Fortunæ seu externa & cor-
poris, ut Stoici obtendunt; quæ non S. Bon: sed ipsius or-
namentorum nomine veniunt, quæ etiam quatenus ad
cultum vitæ reqviruntur Mom. I. ostendebamus à Philo-
sopho approbari, qui conjunctim cum virtute eadem in-
telligit, quæque eo virium extensæ, ut Egenum ditissi-
mum efficiant, & ut potens ille sit se Pauperem Jactare
cui substantia est ampla, dicente Ecclesiaste (e) Hinc mi-
nus Beatum & *avtrapneus*; studiosum illum dicimus qui ad
incitas redactus sui conservationem secundo eventu, in
secundis & prosperis rebus non appetit, Consequentiam &
Finem victus amictusque qui spernit ipsum antecedens
negligit cum medio; quod testante Romanorum Svada,
non solum arrogantis est, sed & hominis plane dissoluti.

MOMENTUM QVINTUM.

Attigimus jam etiamsi extremis digitis & *ως τύπω*
κανέως pictam *avtrapneus* indolem, cuius nunc ut
circa speciales occupantem, de re est ut
deliberemus, hoc vero nobis facientibus aqua hæret num
brevitati studentes valeamus; cum ejusdem amplitudo
non unius alteriusve sed plurimarum virtutum commer-
cio, ut proxime ostendum, adhæreat. Excusatos dehinc nos
iri speramus Dimidio saltem facti prolixitate verborum in
hoc Moment: supersedentes. Facimus itaq; transitum ad
Virtutum Cardinalium serie Infimam Temperantiam, cu-
jus varii qvidem effectus cum hujus nostræ intima qua-
dam cognitione convenire adumbrantur, re Ipla verum
discre-

discrepant; Nam sicuti illa cupiditatum qvarumvis circa Gustum & Tactum moderandarum; ut in seqventibus ostendetur, Ita hæc rerū non abundantium, sed exiguarum Prærogativa valet & non solum valet, sed temperantiæ prævalet *aversione*, ut ab ipsius actionibus orta, ita eidem non secunda, ter qvippe & Bis ter, illum dicimus Beatum qui parvo assverit, quo Apostolus gloriabatur dicens *Ego enim in dieis eius auctoratus sum (σ)* qvibus Insignis Tulliana Opulentia Cicero adstipulatur dicens: Omnis qui contentus sua sorte, Dives est. Et germ: Unter der Menschen eitelkeit die beste ist Vergnuglichkeit. quo etiam Præcentoris & Choragi illius Poëtarum Spectat, distichon: (τ)

Vivitur exigu melius, natura beatis

Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.

Nunc cauta seqvitur Temperantiæ filia Abstinentia, suo cum Astecla Sobrietate, qvæ qvam penes multos rara avis, qvotidianam contestamur experientiam. Et etiamsi in ætatis primitiis dum in lucem editi, omnes Laete imbuuntur eoqve qvam maxime reficiuntur cibo, qui etiam naturæ convenientissimus, quo ut vescerentur, Saluti consultum esset: Attamen adulta ætate, eo dementiæ rapinatur ut ad digerenda è peregrinis petita esculenta, variorum generum vina potentur à mortalibus, qvibus viliora consumere religio est, sicqve ebrietatem amplectuntur heluones, qvibus hæc, uti loquitur ex recentioribus Doct. Joh. Graftius Prof: Tubingensis (ν) Hodie virtus: Hinc ipsorum cuilibet in solatium venit allocutio Divitis Agricolaæ ad suam animam: ede, bibe, oblectare. (Φ) & Heluonis istius in Regno Japan novissima vox, tumultu:

Vina

π Philip. c. 3. v. II. τ Claudiani. v Prudent: civ. p. 87. Φ Luc. 12. v. 19.

Vina mihi vitam, Mortem mihi Vina dedere,
Sobrios auroram cernere non potui.

Ita postposita Salutis suæ cura omnem prorsus excludentes Viam temperantiaz, seqvuntur Ebrietatis actum qui omnis turpis & damnabilis. Huic virtuti proximam censemus CASTITATEM, qvæ circa tactus voluptates individuo à vñgræciis nexu adeo animum temperat, ne Laxatis habenis blanditiisqve uterque Sexus impudicitiaz deditus se contaminet, sed à vñgræciis imperio cedat; Et si unqvam voluptati plena adscribenda fruitio, tum tactui maxime est, qvæ per integrū Corpus diffusa in omnibus corporis partibus percipitur, cui obstatulū ponere tantò difficultius, qvanto amabilis. Cœterū cum à Natura nihil tā alte sit constitutum, qvò virtute non possumus niti, itaq; tantæ potentiaz à vñgræciis parem concludimus, ut nemine corinthiari sinat, sed qvemlibet intra castitatis limites contineat, & nonnunquam vasis Sanctificandi commonefaciat, Juxta Tarlensis Monitum.

(x) Piis itaq; suspiriis & evitata ansa Lasciviæ prævenendum: Nam sicuti sine sensuum beneficio appetitui nihil amabile, ita sine Occasione nihil patrabile, qvam ut moralem Importantem Influxum, ita magnopere evitandam monet Siracides (ψ) dicens: qui adglutinatur Scortis est audax; Tineæ & Vermes hæreditario, jure possidebunt illum, & arefiet traductus in exemplum infamiae maximæ. qvò illa Columbi, Prof: Ubsal: non incongrue applicamus: (ω)

Hvar Odnygd åker fram/ haar hon sit Straff på Medan/
Hoo Lustign hyss will/han skal och hyss Swedan.

Docent præterea ac cautum reddunt pericula aliena

B

Da-

X I. Tef. 4. v. 4. ψ cap. 2. l. 3. Et 19. v. 3. a Bibliotewerld.

Davidis, (a) Diniæ, (b) Ammonis, (c) Persarum Legatorum, petulantius (testante Justino Historico) (d) concretantium Macedoniae Mulieres ferro temperatorum, quorum plurium exemplorum qui flagrat desiderio, ad eat Wendelini Philosoph: Moralem prolixa serie eadem ostendentem. (e) Nec adhuc sepelita manet, nostra hæc ~~au~~^{au}migra, operam haud vulgarem circa MODESTIAM in appetendis honoribus, Virtutis scilicet præmiis veris, præstans, quæ laborum mercedem instar umbræ corpus Physicum inseqventis, solum respiciunt & comitantur, ad quos non velut ad bonum ultimum, sed veluti ad signum boni ult: acquisiti tendendum. Nam optima Ingenia (in Peculiari suo citato à nobis Tractatu de S. B. dicit Meilnerus) cum honores sectantur, ideo sectantur ut virtute appareant prædicta, clare ostendentia priorem sibi virtutis quam honoris esse rationem. his itaque alisque ita imperat, ut ipsis nescientibus, illos ad immoderatam gloriæ cupiditatem duci non patiatur, cum (f) Absolone, & Alexandro Magno, cuius corporis habitum, si Diu auiditati animi parem fecissent, orbis ipsum non cepisset, qui sitienti hydropico non absimiles, in altum sublati, superiorē cum Julio Cæsare, & Parem cum Pompejo non ferentes, qua ambitioni honoris nota ipsis adusta gravius tales ruere, ac assurgere vineitur, cum nihil magis hujus mundi gloriam inanem reddat, quam 1. Si virtutis careat fundamento, ab indignis qui se ipsos commendant, cum non ipsi sint commendabiles. 2. Si hominum favorem tantum aucupantur, unde vana gloria, sed non in Domine

a 1. Sam. II. v. 4. b Gen. 34 v. 45. c 2. Sam. 13. v. 14. d lib. 7. c. 3. e lib. 1. c. 17. p. 605. f 2. Sam. 15. v. 10. seqq.

mino acqviritur, erudite satis dicente, Reverendissimo E-piscopo & Acad: hujus Procancellario *vñ ēḡoūs* Doct. JOH. GEZELIO! Breviarjo casuum Conscientiæ. (g) Re-præsentatis ita virtutibus illis circa voluptates animi & corporis sedandis, ad qvas qvam maximè hæc (qvæ nobis curæ fuit) *āutap̄neā* se porrexit, non est qvod aliquis falsa opinionis larva indutus, nosmet *īsegołoziaν* existimet commisisse, infimo jam loco Rerumpublicarum animam exhibentes JUSTITIAM, qvæ ut satis conscientia, omnes continere virtutes, ita illarum tenere medium cuius etiam Commutativæ vires adeo dilatatae ut *āutap̄neā* conjungantur, qvæ ut hæc contractuum ac commerciorum, proport: Arithmetica æqvissima directrix, ita distributiva præmiorum & onerum Justissima Auxiliatrix. Qvarum priorem commutativæ puta *āutap̄neā* eligit, & hoc propter ejus *formale*, qvod ad sententiam Doctoris Grafftii, consistit in *Mediocritate corrigendi contractus & commutaciones rerum* (h) Ipsique dictitat ut non secus Emptori ac Venditori frenum injiciat, ne neuter horum Cardamo similis contra omnia Jura, expers humanæ charitatis, sibi ipsis invicem medullam frangat, unde æternum particeps fiat mortalis peccati, cujus ipsum serò pœnitibit dum.

*Clamitat ad Cælum.**Vox oppressorum.*

Sed præstat ut monitum in cordibus qvisque mortaliū habeat radicatum Paulinum (i) præcipiens ne quis fratrem in contractibus decipiatur, qvod tamen nullo mortalium sine illa licet cautela qvam Sup: MOM: 4. Ostendebamus, qvæ imprimis Pietatem præsupponit, & votis conceptis, bene Rebuspubl: esset, ut hodierni *āutap̄neās*

Posseſſores ad Paternam Christi admonitionem simplicitatem amarent columbinam, & simplicissime cum Indianis agerent, qvorum contestante Geographorum (k) Principe legibus & contractibus maxima inest simplicitas, qvod ex hoc evincitur qvia nulla commissi aut depositi Jura habent, credentes simpliciter. Cum vero ipsa *avtagnacia*, ut ex definitione mox patebit, virtus sit, qvæ animum circa desiderium Opum immunem servat; Iecirco aliquis hic nodum in ſcirpo forte qværeret, inſtando *avtagnaciam* ad ſupra Speciales nominatas virtutes ſe extendere non debere: Verum cum complexū ſuo non ſolum artificiales ſed etiam naturales contineat (& omnia qvæ ſub ornamentorum nomine S. Bon: ſcilięt ve niunt) diuitias, iecirco ſupra nominatorum virtutum recte memores fuimus, etiamsi non diſſitendum pluri um nos debuiffe, ſed brevitati litantibus ſufficiat nobis, curæ testimonium mertuiffe.

M O M E N T U M S E X T U M .

Antiquam Philophorum ſectantes Methodum progradientium à facilioribus, ad difficultia, perque media ad fineim, & ſic depictedis circa ſpecialiter enumeratas virtutes *avtagnacias tegorūque invērūs*, ita definimus ean dem. *Avtagnacia* est virtus, que Moderatur desiderium Opum & Facultatum, prefentibusque contenta est, nec plures quam pro ratione temporis & loci iuste poſſideri poſſunt, anxie que rit. Excepto qvod hujas Definitionis Genus verum ſit ſtabitque, & Neminem niſi cui fungus pro cerebro, evertere credimus; Qvod communi Moralistarum ore ſtatutum probatumque imus tali ratiocinio:

Qvod

Quodcunq; homines adiutorios perficit, illud est virtus;
 at *αὐτάρκεια* hoc facit, ergo, Majore existente clara, Minoris probatio partim ex antecedentibus, partim ex consequentibus desumi potest. Subjectum enim voluntatem non solum pro virili regit, verum appetitum flectit, & Mentem instruit. Objectum etiam ut distinctum habet Admod: Rever: Prof: Wanochius in Disquisit: Practicis, in
 (1) Internam & *αὐτάρκειαν* externam, qvod ut nostra fert opinio per interna & externa bona intelligi debet, qvæ liberalitatis est assumere & largiri, non tamen qvod cum grano salis observandum est, ita ut se evacuet, nec ut ex allorum raptu aliis in Subsidium conferat; Ambobus enim peccatur, priori in Justitiam, posteriori in honestatem, nam istiusmodi ut habet D.N. Bernegerus (m) Falso nominata liberalitas, ne iis quidem in qvos confertur magnopere probatur nec illam qvam spectat Gratiam consequitur, negligentibus adversus canonem, mediis, ad consequendum finem, qvi illa præsupponit legitima.

MOMENTUM SEPTIMUM.

Nunc ad oculum ostensa & tradita *αὐτάρκεια* reali Definitione, ad ejusdem Extrema Jure Meritoque inclinamur describenda, qvorum Primum *πλεονεξία* latine avaritia dicta, qvæ adeo perversa, ut non nemini noceat, hinc Spiritus DEI illam *ῥήτων πάντων τῶν κακῶν* vocat (n) Et Augustino Servitus Idololatriæ audit, Mater usuræ, Genitrix Simonie, fomes culpe, aeterna iræ pœna, nutrix Gebenna, Abyssus Insatiabilis, qvæ nunquam dicit: Sufficit. Unde communi Philosophorum Programmate, ad oreum illam ut pessimam gangrænam relegamus. Nam quantam.

cladem Regibus, Regnis, Principibus, & Populis adsci-
verat, plenæ tam Sacrae quam Profanae illorum exemplis,
(& nobis tacentibus) testantur Historiæ. Præterea sui
cultoris operam plane reddit inanem avaritia, qvia ut
loquitur celeberrimus Sthalius in Regulis (o) Sua bo-
na habet pro incomplete tantum acquisita, est enim in-
star trium illorum inexplebilium, qvorum Sacer memi-
nit codex. (p) Et ob has causas in medium allatas ita
haud incommodè Grajorum Sapientis Biantis Prienen-
sis, Judicium in apricum ducimus qvi *Interrogatus quis
Pauper? Respondit Avarus.* Ita insuper argumentando: cu-
juscunque appetitus nunquam satiatur, illius labor non
cessat, at Avari &c. Ergo.

MOMENTUM OCTAVUM.

Alterum ejus Extremum in defecu nuncupatur *ἀλι-*
γωεία Latinè Negligentia, qvæ præsentes opes fasti-
dit, easq; neglit, nec plures ex fastidio in tali ca-
su qværere desiderat, qvæ si cum Superioribus *ἀνταρ-*
κέναις Speciebus conferatur, ad secundam propter Ignavi-
am in officio spectat, qvod qvam turpe sit, paucis circa
calcem MOMENTI QVARTI ostendebamus, & adhuc ut *i-*
gnavia & :

Otia Corpus alunt, animus quoque pascitur illis;
(Ita) immodicus contra carpit utrumque labor.

Quem ut omnibus natura qvâ liberum, & coactum,
laudabilem commendamus; Ita illa vituperio dignissi-
ma, qvæ solum modo ipsis placent qvi fruges consume-
re nati, qvos ut Ignavos & Torpore infames, prorsus e-
Re-

o Tit. 7. Reg. 3. p proverb. 30. v. 16.

Republica ejiciendos hortatur prænominatus (q) Celeber: Berneggerus, simul ac Amstelodamense commen-
dans Zucht-Haus qvod Laborantes vitiolo *olivaceis* ma-
lo, vitiosos progignente contineat, qvibus ejusdem fere
sortis SACRA REGIA MAJESTAS prævenit HOLMÆ, in
Barn-Huis; degeneribus, verum, turpiter vitiosis, &
Efferis, in Marstrand Scaniæ; ubi cerbero Tricipiti non
absimiles, cum appenso de collo tintinabulo in perpetu-
am facinoris commissi recordationem torquentur.

MOMENTUM NONUM.

PROPRIO nunc ausu (& Methodi sit yenia arbitrariæ)
ordinisque boni memores sine

qvo non datur ire labore;

Jam ad finem Cui, & Cujus, vel si mavis Lector Be-
nebole, & & volvitur, qvorum ille alio nisi homini *τραγωδίας* attribui non debet, per continuum virtutis exer-
citium Beato, ut supr: Mom: QVART: Memoratum. Ex-
cluduntur Ergo hic non ex angustia & restrictione vir-
tutis *ἀνησκάσιος* sed propria incuria & vicio vitiosi; De-
inde Pueri, & Bruta cum somnolentis; ILLI propter exi-
guum rationis usum, qvibus quamvis *δύναμις* sit denegatur
tamen *ἐπέργεια*. Et hæc causa fuit qvod ipse Philosophus illos
ἀπλεῖς Polit: Judicat, *Hæc autem* propter intellectus,
voluntatis & libertatis destitutionem. Et propter qvin-
que Virtutis exercendæ requisita, qvæ antecedenter re-
quiruntur ad virtutis rationem, ut sunt Primo: Agibili-
um Cognitio, secundo, Accurata deliberatio, Tertio, Li-
bera Electio, Quarto, Appetitus Castigatio, Qvinto, Con-
stans.

trans executio. Quæ tam Pueris, & Brutis, quam Dormientibus, propter Actualem operationem denegantur. Hic vero Finis & cuius æternitatis est, ut satiet appetitum (ut Cap. Primo habuimus) nihil externi desiderans, nam si externo aliquo bono egeret ad intrinsecam suam perfectionem æternam non audiret.

MOMENTUM DECIMUM.

Ita per divinam gratiam & fausto fidere æternitatem valore & officio ostendo, summo ejus Auctori & Largitori nunc restat ut supplices gratias habeamus, qui nos Spiritus sui, nobis ex gratia communicati, refecit rore, ut adhuc eundem cœlitus cœlestia ut consideremus mentique nostræ ingerat terrena contemnere, ingemiscamus & si quæ adveniant divitiæ, eas magis ab usu, quam a possessione censeamus, sat gnari; nec opibus Sufficientiam, nec regnis potentiam, nec reverentiam dignitatibus, nec celebritatem gloria, nec lætitiam voluptatibus posse contingere. Considerantes non esse cupidum, bac demum vera pecunia est, non esse emacem, Vectigal est, contentum suis rebus esse maximæ certissimæque sunt divitiæ, ut loquitur Consul Romanus (r) Et etiam si ad mentem Petronii (s)

Quisquis habet nummos secura naviget aura,

Fortunamque suo temperet arbitrio.

Mortalium tamen neminem neque hi, neque divitiæ faciunt beatum, quod nostra æternitas, Iccirco Augur sit in hac ærumnarum valle nostras Antesignanus dicens: Melior est buccæ cibi siccii quæ cum est tranquillitas, & (t)

x in Paradoxis f in Satyr.

2172

& (t) Paupertatem & divitias ne des mibi, ale me cibo de-
mensi mei (u) Hinc postponemus Corporis volupta-
tes quærentes ἡγούμενοι μῶν εὐτοῖς σεαυτοῖς ubi nec tinea nec Ero-
sio corrumpit & ubi fures nec perfodiunt ac furantur (x)
Et cum ipsa natura patricis contenta sit, & optima pos-
sessionum Magistras faciamus ut etiam nobis in tene-
bris caligantibus sua præluceat face, ne prava mentis in-
clinatione neglecto medio, in altum Sublati gravius in
offensionis lapidem ruamus, sed ut frugi cives confide-
rantes cum Psalmographo (y) Quod bonum parum est
cuicunque Justo plus quam copia sua improbis multis, & cum
Tarsensi Apostolo ἀρετὰς πεντακάριστην εἰναι μὲν αὐτο-
κένας (z) Qyibus notanter observatis in Christo Redempto-
re nostro vere αὐτοκένας simus & in hac Miseriarum.
Valle prectione cordiali, improbo labore, & parsimonia!

Itaque buc omnes pariter venite capti.

Quos fallax ligat Improbis catenis.

Terrenas habitans libido menteis.

Quod ut voti compotes siemus faxit ut Serpentum
instar prudentes simus, summus Moderator rerum cui
interminata &

SOLI SIT NOSTRO GLORIA MAGNA DEO.

PENTAS PORISMATUM.

Metaphys. Unus Actus parit & non parit habitum.

Physic. Natura non facit Saltum.

Ethic. Veritas nunquam odium parit.

Polit. Nobilitas in ipsa fundatur Natura.

Historic. Privatio visus non tollit scientiam literarum.

t Prov. 17. u. 30. v. 8. x Matth. 19. v. y Psal. 37. v. 16.

z 1. Tim. 6. v. 6.

Viro - Juveni;

Peregrinio

DN. PETRO MILTOPÆO,

Amico nunquam reconciliato de ^{ἀνάρχεια} Mo-
rali Eruditè disputanti hoc dedit

^{Σχέδιον μα:}

Dum doctus scandis doctam mi PETRE
Cathedram,

Ac ^{ἀνάρχειαν} moralem quæ sit abunde

Demonstras, clatiis ornant Grynaeus Apollo

Te titulis, & de cerebello nata Tonantis,

Dixit: Alumnus erat meus Hic cui coepra se-
cundet

Jupiter! hoc roveo: doctæ assearite Camænæ.

Hæc tibi materies nomen virtutis adauget

MILTOPÆE, tuæ refieres post mille labores

Præmia perpetuis, quæ sunt signanda libellis.

S. Tigerstedt.

